

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI AESTIVO A. MDCCCXLVI.

A DIE XX M. APRILIS

PUBLICAE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

PRAEMISSA EST

COMMENTATIO DE PLAUTI BACCHIDIBUS.

LITERIS ADLERIANIS.

INDEX

LECTIONUM

ACADEMIA ROSTOCKENSIS

SENIORIS AUSTRIAE A. M. ROSTOCKENSIS

A. DIE 22. APRILIS

COMMENTATIO DE PLANTIS ROSTOCKENSIBUS

LITTERIS AUSTRIAE

Comoedia attica minime e tenuissimis istis deperditorum poetarum fragmentis, sed maxime quidem ex Aristophane, divino illo veteris comoediae poeta, tum etiam e Plauto Terentioque, qui novae fabulas latinas fecerunt, cognoscenda est. Quod ego quum jam adolescens intellexerim et ob eam ipsam causam etiam in latina comoedia diligentissime versatus sim centenasque, ut in tam corruptis scriptoribus conjecturas invenerim: profecto mirum videri potest, quod fructus Plautinorum studiorum nondum apparuerunt. Ego vero scripturas codicum, quos F. Ritscheli V. Cl. contulit ipsiusque Plauti editionem Ritscheliam indies frustra exspectabam. Nunc quia id quidem videtur longius futurum esse, tandem aliquando ea, quae ad Plauti emendationem pertinent, communicare cum viris doctis incipiam. Primum igitur paene absolvi libellum de canticis Plauti, quorum leges metricas paullo melius, quam adhuc factum est, mihi videor dispexisse. At quum totam illam disputationem hujus praefationis angustiae non capiant, nunc quidem satius duco, ad Bacchides reverti, quam nuper Ritschelio assensus e Menandri Disexapatonti derivatam esse ostendi, atque conjecturas quasdam de variis hujus fabulae locis proponere. Atque editionum quidem veterum ante pedes exstructam habebamus festivam copiam, quarum magna pars Bachmanni, doctissimi viri amicitiae debetur: codicum vero novis collationibus nunc primum uti nullis licuit. Sed neque Ritscheli, qui lectionum emendationumque varietatem accurate collegit, neque vero Hermannus, qui profecto non lusit, sed novam recensionem et fecit et facere voluit, edere Bacchides ausi essent, nisi probe intelligerent, vel ex iis codicum scripturis, quas adhuc novimus, multos corruptissimae fabulae locos restitui posse. Ceterum operam dedimus, ut conjecturae nostrae ubique antiquissimae lectionis vestigia persecutae esse viderentur. Quamquam vel iis in locis, qui haud male corrigi possunt, librorum recens excussorum auctoritatem saepe desideres, in his Ambrosiani, qui Bacchidum quoque partem complectitur. Veluti IV, 6, 14—16 in libris absurde legitur partim *specta rem modo*, partim *spectare modo*. Et hic quidem v. 14 nihil certius esse nostra emendatione, *specta erum modo* quum universus sententiarum nexus, tum inferior locus IV, 7, 37 sqq. docere poterunt. At v. 15 quum in ΘΞΩ ordo verborum hic sit, *carnufex mimitare*, quinque edd. veteres verba transponunt, *mimitare carnufex*, quam lectionem ex codice fluxisse argumento est v. 16, ubi quum

vulgo legatur, *qualis sit*, quinque edd. veteres eae ipsae, quas modo dixi, exhibent, *qualis sit et ubi sit*, quae scriptura totidem literis tribuitur libro MS. Schobingeri pr. a Pareo p. 38 ed. tert. Jam *ubi sit* prope necessarium est ob Nicobuli verba v. 19 *ubi ipse est?* Ultima versus verba haec fuisse, *qualis siet*, e nostri loci repetitione infra IV, 8, 15 colligendum est. Quamobrem nostros versus ita corrigo,

Ego sūm sacer, scelēstus. Specta erūm modo.

Ego vērbum faciam? NIC. Minitare etiam, cārnfex?

CHR. Noscēs tu illum actutum, ūbi sit et qualis siet.

Nunc hāsce tabulas —.

Transeō ad alios locos. I, 1, 68 ed. Ritsch. pro *accipis* recte Hermannus scripsit *accepisti*, et ibidem v. 75 pro *intro in lectum* cum G. A. Beckero, *intro lotum*. — I, 2, 2 pro *spectans* corrigo *exspectans* et comparo Terent. Andr. I, 1, 7. Lydum enim rem nondum compertam habere ex eadem scena v. 37 patet. — Ibidem v. 43 *jam* e codd. recte additum est. Eandem voculam v. 42 transpono, *Video jam nimio multo plus, quam volueram*, v. 45 autem plane deleo, *Nil moro, discipulos mi esse plenos sanguinis*, de restitutione verbi *moro* Ritschelio adsentiens. — II, 2, 11; 14; 15. Comoediae sermo solet esse concinnus, praesertim si eadem verba repetuntur. Medium versum bene correxit Bentlejus ad Terent. Heautont. II, 3, 3 *deleto recte*, quod glossema etiam v. 11 tollendum est. Ultimo versu *non* et *minus* transpono itaque haec corrigo,

Rogābis me, ubi sit. PIST. nēpe vivit ét valet?

CHR. Quia si illa inventast, quām amat, vivit ét valet;
si minus inventast, nōn valet et moribūndus est.

— Ibidem v. 30 *Immo ut eum credis misere amans desiderat*. Acidalii conjecturam *eam* pro *eum* non recte Hermannus probavit. Nam *ut eum credis desiderat* est πᾶς δοκεῖς αὐτὸν ποθεῖ, vehementer desiderat. Vide, quae dixi in Quaestt. Lucian. p. 80 sq. Dictionis *misere amo* exempla collegit Bentlejus ad Andriam III, 2, 40. — Ibidem v. 33 bene edd. veteres *hercle* semel, non bis habent: CHR. tanto hercle melior Bacchis. PIST. Immo CHR. immo abiero —. — Ibidem v. 40 *Edepol, Mnesiloche, ut rem natam esse intellego* —. Bene Ern. Schneider hanc delet, quod minus usitatum et h. l. e v. 39 ortum est. Cf. formulas *pro re nata*, *e re nata* et Casin. II, 5, 35. — II, 3, 40. Palmaris correctio Hermannii est *accipitrina* pro *accipe trina*. Praeterea non personas muto, sed pro *hem* (*em*) scribo *immo*: CHR. Porro etiam ausculta pugnam, quam voluit dare. | NIC. etiamst quid porro?

CHR. immo accipitrina haec nunc erit. | NIC. deceptus sum — .
 — Ibidem v. 70 *quum extemplo a portu ire nos cum auro vident*. Latine non dicitur *quoniam extemplo* (ἐπεὶ τάχιστα), sed *quum extemplo*, ut in Mostell. V, 1, 16 et Trinumm. III, 2, 99. Non puto tamen hunc versum esse incorruptum, quem frustra defendas locis II, 1, 2, ubi cave conjicias *Epheson*, II, 2, 19; II, 3, 45 et v. 59; IV, 1, 1; IV, 7, 1. — Ibidem v. 97. Bene, opinor, Ritscheliuss: sed divesne istic Theotimust? CHR. etiam rogas? Idem mendum habes infra IV, 6, 5. — III, 2, 8 sq. Condigne is quoque technam de auro advorsum meum fecit patrem, | ut mi amanti copia esset. [sed eccum video incedere.] Pro *is quam recte Acidalius is quoque*, h. e. Chrysalus quoque, ut Pistoclerus. Male Bothius *aequom video id reddere* conjecit, nec si Cicero dicit *aequom censeo*, ideo etiam *aequom video* bene latinum est. Recte postea idem Bothius verba *sed* — *incedere* delevit. Sunt enim recens metricorum additamentum, petatum ex ejusdem scenae v. 19. Sane Plautus dixerat, Chrysalis gratiam esse referendam: sed id ipsum quibus verbis dixerit, plane nescitur. Ergo Muretus, Hermannus, Ritscheliuss et caeteri omnes praeter unum Bothium errarunt. — III, 3, 1. *Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acri in pectore*. Pro *acre* scripsi *acri*, ut est infra IV, 3, 17. Adjectivum h. l. est *acetum*. — Ibidem v. 67 conjicio:

Atque ea acerrumo aestu vos absorbet ubi quemque attigit.

Meretrix quasi Charybdis est etiam Anaxilae ap. Athen. XIII p. 558, a et c atque Horatio Od. I, 27, 19, ubi corrigo: *Quanta laborabis Charybdi*. — Ibidem v. 81. Recte Hermannus lectionem *duco* alteri *dico* praetulit. Vide simillimum locum supra III, 1, 2. — Ibidem v. 83. Bene Ritscheliuss,

ut opino, illius inspectandi mi esset major copia. —

III, 4, 1. Scripturam *immitiorem* ferri non posse docebit locus, ad quem Mnesilochus respicit, supra III, 2, 1—7. Recte Hermannus improbata etiam lectione *amiciorem* tertiam recepit *inimiciorem*. — Ibidem v. 4. Scribendum est *meo*, non *suo*. Aliud enim dicere vult, aliud vere dicit amator ridicule minitabundus et hoc versu et vv. 6 atque 10,

Nae illa illud hercle cum malo fecit — meo.

Ni ego illam exemplis plurimis planeque — amo.

Adeo illam cogam usque, ut mendicet — meus pater.

— Ibidem v. 14. Utraque hujus versus recensione usus Hermannus recte edidit, *Sed autem quam illa de meis opulentiis* —. Fallitur de h. l. Ritscheliuss et in editione et in Parergis p. 422. — III, 6, 1. *Reddidi patri omne id aurum*. Addidi *id* et h. l. et infra

IV, 4, 102 — *aurum ut abs te id auferat*. Vide IV, 4, 49 et 104; IV, 7, 6 et 7. — Ibidem v. 17. Sed etiam unum hoc ex ingenio *malo malum* inveniunt suo. Ita omnes, quas quidem viderim, editiones. Typothetae error *malum malo* e Ritscheliana in Hermannianam transiit. Charisii autem testimonium: *in quibusdam non feruntur*, non potest ad unicum versum 16 spectare, ut visum Ritschelio in Parergis p. 418. Immo in quibusdam libris excidisse videntur tres versus 16—18, idque ob homocareton et homoeoteleuton *sibi — cavent, nulli — habent*. — IV, 2, 2. Corrigo: Quae te mala crux exagitat, qui ad istunc modum —? — Ibidem v. 20. *Quis tu es?* PAR. *illius sum integumentum corporis*. | PIST. *nequam esse oportet, quoi tu integumentum probum es*. Scripsi *probum es* pro *inprobis es*; Lambiniana, *improbum es*. Cujus iudicio, inquit, tu bonum integumentum es, eum ipsum oportet non bonum esse. Plane sic in Trinummo II, 2, 40 aetati tegumentum meae. Integumentum corporis comice dici videtur intimus amicus, non *σωματοφύλαξ*. — IV, 3, 15—28. Hermannus in editione quum illud recte vidit, hos versus minime esse trochaicos, sed iambicos septenarios, tum partim eorum exinie correxit. Attamen v. 17 sq. collata lectionum varietate, ita potius scribo, PIST. *satis sanus non es*. MN. *périi*. multa nunc mi in pectore ácri mala átque acerba evéniant. criminín' fidem me habuisse.

Fidem me habuisse etiam Bothius atque Hermannus. Tum v. 19 edd. veteres meae *mortuus pluris*, non ut Ritscheliana *pluris mortuus*. Conjicio,

Emórtuus pluris ést preti, quam ego. PIST. *militis parasitus*. — Denique v. 23 *scio* transpositum alteri personae tribuo, quid fáciám? nil habeo miser. PIST. *scio*. MNE. *ille quidem hanc abducet*.

— Nondum ne ab Hermanno quidem vel in Elementis d. metr. p. 220 sq. vel in editione persanatum est canticum IV, 4 init., cujus versus 1—3, 8—12, 22—28 ut faciles omitto. Ritscheliu autem, qui septimi versus mensuram optime perspexit, non magis tamen quam Hermannus animadvertit, unumquodque e tribus systematis primis v. 7 v. 17 et v. 21 claudi iambico dimetro acatalecto. Ab initio cur mutarim librorum lectionem *callidum senem callidis dolis* demonstrabit Hermannus ad v. 657 p. 54. Scribo igitur,

Cállidis senem incállidum dolis

cómpuli et pérpuli mi ómnia ut créderet. 5

Núnc amanti ero, filio senis,

quicum égo bibo, quicum édo et amo

et mox v. 13 sqq.

Néquius nil quam egens cónsili sérvus est,

nisi si habet multipotens, ut ubicunque usus sit, 15
 pectore exprimat: nullus frugi esse homo potest,
 nisi qui bene facere et male tenet.
 Improbis cum improbis harpaget furibus,
 quod queat: frugi enim convenit versipellem 20
 esse hominem, pectus quoque sapit.

Versu 15 libri partim *multipotens pectus*, partim *pectus multipotens*.
 Delevi ineptum glossema *pectus*: consilium enim multipotens dicitur.

— Ibidem v. 34 sq.

MNE. Chrysale, occidi. CHR. fortassis tu auri dempsisti parum.

MNE. quam, malum, parum? immo vero nimio minus multo ac parum.

Vulgo *quia*; vetus Palatinus a p. m. *qua*; Lipsiensis *q̄a*. Falsae
 conjecturae sunt *qui* et *quid*. Correxī, quo Palatinus ducit sequutus,
quam, malum, parum? Sic infra est in eadem scena v. 59 *quam*,
 malum facile? Deinceps *ac* jam Hermannus addidit. — Ibidem v. 70.

CHR. Ego dabo. MNE. tam nobis opus est sumptus. CHR. ah
 placide volo —.

Pro *sumptus* in libris est *sumptu*. — Ibidem v. 76 Mnesilocho tribue
 verba: Apud test animus noster, Chrysale. — Ibidem v. 100.

Δ cito (scil. e v. 96 vel 110), immo, ut recte Hermannus, *cita*. Tua
 manus, inquit, Mnesiloche, citius aurum perdit quam scribit. Quare
 deleta etiam Pistocleri persona e codicum vestigiis scribo,

MNE. Mane, dum scribo. CHR. at celerem oportet esse amatoris
 manum;

*tua quidem hercle ad rem perdendum est magis quam ad
 scribendum cita.*

MNE. loquere: hoc scriptum est.

V. 99 male libri omnes, PIST. mane dum scribit. CHR. celerem —.

Alio tempore conjeci: MNE. mane, dum scribo id. CHR. celerem —.

Nescio, an rectius. — Ibidem v. 114.

Mea fiducia opus conduxī, meo periculo rem gero.

Vulgo *conduxī et* (ed. princeps, *conduxit*), sed quum anaphora
 ἀσύνδετον requirat, *et* delevi. — Ibidem v. 122 *fugimus pro fu-
 giamus* conjicio,

PIST. *fugimus*. CHR. vos vestrum curate officium, ego efficiam
 meum.

INDEX LECTIONUM.

In ordine theologico.

- D. Gustavus Fridericus Wiggers, P. P. O.,** Ordinis Theologorum h. t. Decanus, Academiae Senior, privatim 1) historiam dogmatum h. VIII — IX senis dd. tradet; 2) historiae ecclesiasticae alteram partem h. IX — X quinis dd. enarrabit; 3) in Psalmos selectos h. XI — XII quaternis dd. commentabitur. Publice catechetice h. III — IV dd. Mercurii et Saturni praecipiet, et in Seminarii sodalitia catecheticae sodalium exercitationes tempore constituto moderabitur.
- D. Jo. Phil. Bauermeister, P. P. O.,** 1) quaternis dd. hor. X evangelium Joannis interpretabitur; 2) quoque die Mercurii hor. X et die Saturni hor. X — XII epistolas Joannis et apocalypsin explicabit; 3) quaternis dd. hor. XI systemata Catholicorum, Reformatorum, Socinianorum aliarumque ecclesiae christianae partium dogmatica exponet et cum Lutheranorum placitis comparabit.
- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O.,** 1) publice ternis dd. h. VII encyclopaediam theologiam exponet; 2) privatim senis dd. h. IX primam historiae ecclesiasticae partem enarrabit; 3) privatim senis dd. h. VIII theologiam moralem docebit. Praeterea in Seminarii sodalitia homileticae sodalium exercitationes die Mercurii h. II et III moderari perget.
- D. Franc. Delitzsch, P. P. O.,** 1) Genesin interpretabitur theologicè, historice, grammaticè, quaternis diebus privatim; 2) epistolam ad Hebraeos quaternis diebus privatim; 3) Zephanjae vaticinia, grammaticae potissimum hebraicae ratione habita, binis diebus publice.
- D. Julius Wiggers, P. E.,** 1) de controversiis dogmaticis nostram ab ecclesia Pontificiorum separantibus disseret dd. Lun. et Jov. h. IV; 2) historiam passionis Jesu Christi secundum Matthaeum, Marcum et Lucam ratione habita Johannis explicabit dd. Mart. et Ven. h. eadem; 3) epistolam ad Hebraeos et epistolas a Paulo ad Ephesios, ad Philippenses et ad Colossenses datas interpretabitur quinquies p. h. h. X; 4) encyclopaediam et methodologiam theologiam praecipiet quater p. h. h. auditoris commoda.

In ordine juridico.

- D. Conradus Theodorus Gründler, P. P. O.,** tradet 1) encyclopaediam juris duce Falck senis diebus h. X; 2) jus ecclesiasticum duce Wiese senis diebus h. III.
- D. Augustus Ludov. Diemer, P. P. O.,** 1) publice binis diebus h. IX enarrabit historiam et formam publicam utriusque Megapoleos recentiore a pacto inde Hamburgensi, d. d. 8. Mart. MDCCI usque ad nostra tempora; 2) privatim quaternis diebus hor. IX docebit jus gentium Europaeorum duce Hefftero, et totidem dieb. hora deinde constituenda jus privatum Megapolitanum ex schedis suis.
- D. Fridericus Raspe, P. P. O.,** docebit principia processus judiciarii civilis duce Linde sexies h. XI et quater h. XII.
- D. Agathon Wunderlich, P. P. O., Ord. JCtor. h. t. Decanus,** tradet privatim 1) doctrinam de hereditatibus quater h. X; 2) institutiones et historiam juris Romani sexies h. XI.
- D. Henricus Thöl, P. P. O.,** docebit jus germanicum privatum quater h. VII et VIII.
- D. Rudolphus Ihering, P. P. O.,** tradet privatim Pandectas, sexies h. VIII et IX.
- D. Theophilus Henricus Fridericus Gaedcke** 1) sexies per hebd. h. III—IV processum judicarium civilem docebit; 2) hora commoda scholam civilem eamque practicam quater per hebd. moderabitur. Praeterea de jure pandectarum examinatoria et repetitoria cupientibus suam pollicetur industriam.
- D. Iwan de Gloeden** Pandectas sexies p. h. h. X—XII et jus publicum Megapolitanum quater h. XII—I docebit.
- D. Hermannus Buchka** jus criminale sexies per hebd. hora definienda docebit.

In ordine medico.

- D. Henricus Spitta, P. P. O.,** tradet quinis hebdom. diebus 1) pathologiam et therapiam specialem; 2) medicinam forensem; 3) clinicen propaedeuticam binis hebdom. diebus.
- D. Carolus Strempel, P. P. O., h. t. Decanus,** docebit 1) chirurgiam quater p. h. h. V; 2) artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam bis p. h. h. III—V; 3) exercitationes practicas in Clinico medico-chirurgico quotidie h. IX—XI moderabitur.
- D. Carolus Fridericus Quittenbaum, P. P. O.,** 1) hora VIII—IX in demonstrationibus anatomicis osteologiam, syndes-

mologiam et myologiam quater per hebdomadem tradet; 2) horis III—V artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam docebit.

D. Fridericus Hermannus Stannius, P. P. O., docebit 1) publice anatomen comparatam animalium evertetorum bis p. h.; 2) privatim historiam evolutionis animalium bis p. h.; 3) privatim physiologiam generalem et specialem sexies p. h.

D. Christianus Krauel, P. P. E., 1) artem obstetriciam quater p. h. hor. IX—X docebit et 2) exercitationes practicas in clinico obstetricio quotidie h. VIII—IX moderabitur.

D. Jo. Frid. Guil. Lesenberg has lectiones offert: 1) artem obstetriciam; 2) chirurgiam; 3) encyclopaediam et methodologiam artis medicae; 4) repetitoria et examinatoria.

D. Carolus Hanmann gratis 1) semiologiam, 2) formulare; privatim 1) praxin medicam, 2) chirurgiam, 3) ophthalmiatricam docebit; privatissime repetitorium medico-chirurgicum offert, neque iis deerit, qui operationibus ophthalmiatricis operam navare voluerint.

D. Joannes Schroeder tradet: 1) pathologiam et therapiam generalem; 2) medicinam forensem; 3) pathologiam et therapiam morborum psychicorum. Examinatoria et repetitoria de quavis artis medicae parte cupientibus offert.

D. Ludovicus Dragendorff docebit 1) artem obstetriciam; 2) in operationibus obstetriciis auditores erudiet; 3) examinatoria et repetitoria cupientibus offert.

In ordine philosophico.

D. Franciscus Volcmarus Fritzsche, P. P. O., publice 1) quaternis diebus h. XI Euripidis Heraclidas interpretabitur; 2) binis diebus h. XI Andriam Terenti explicabit. Denique exercitationes seminarii philologici moderari perget, in quo primum Aeschylus Agamemnon atque selecta Horati carmina tractabuntur, tum vero etiam de metris Graecorum lyricis disseretur.

D. Joannes Roeper, P. P. O., Ord. Philos. h. t. Decanus, 1) publice docebit elementa anatomiae et physiologiae plantarum die Saturni h. X—XII; 2) privatim botanicam generalem exponet demonstrationibus et exercitationibus illustrandam quinis diebus h. VII; 3) de plantis cryptogamicis disseret diebus Martis et Veneris h. XII; 4) itinera botanica instituet die Saturni horis pomeridianis.

D. Eduardus Danielis Henricus Becker, P. P. O., docebit 1) publice culturam sylvarum bis p. h. h. XII; 2) privatim cul-

- turam plantarum agrestium quat. dieb. h. IX; 3) agros metiendi doctrinam adjunctis exercitationibus practicis sexies p. h. tradet h. III.
- D. Ludovicus Bachmann, P. P. O.,** 1) privatim quater per hebdom. Propertii carmina explicabit; 2) privatim quater per hebdom. Homeri Iliadem adhibitis antiquis interpretibus graecis a se editis tractabit; 3) privatissime quater per hebdom. diebus constituendis de mythologia Graecorum disseret.
- D. Helmuth de Blücher, P. P. O.,** privatim docebit 1) physicen experimentalem una cum collega amicissimo Karsten quater p. h. h. X—XII; 2) chemiam practicam ternis diebus h. II—IV; 3) disputationes de rebus physicis una cum collegis Karsten et Roeper moderabitur.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O., h. t. Rector,** publice tradet trigonometriam bis p. h.; privatim 1) calculum differentialem et integralem quater p. h. horis commodis; 2) physicen experimentalem octies p. h. hora X—XII una cum collega amicissimo de Blücher; 3) geognosin quater p. h. hora commoda. Privatissima denique collegia de quavis matheseos vel physices parte cupientibus offert, neque deerit iis, qui de rebus nauticis institui velint.
- D. Carolus Türk, P. P. O.,** publice 1) conversatorium historicum continuabit bis p. h. h. II; 2) Taciti Germaniam commentabitur bis p. h. h. II; privatim docebit 3) encyclopaediam literarum politicarum ter p. h. h. VII; 4) historiam populi Germanici quinques p. h. h. VIII.
- D. Christianus Wilbrandt, P. P. O.,** privatim 1) de Graecorum arte dramatica disseret quinque diebus h. III; 2) aestheticam sive philosophiam artis docebit quinque diebus h. IV; 3) exercitationes Seminarii philosophico-aesthetici moderari perget horis constituendis.
- D. Fridericus Francke, P. P. E.,** 1) publice anthropologiam psychicam quinque p. h. diebus exponet hora mat. VII—VIII; 2) privatim religionis philosophiam quinque p. h. dd. h. VIII—IX illustrabit; 3) privatim de politica disseret quaternis p. h. dd. h. IX—X.
- D. Georgius Nicolaus Busch, P. P. E.,** publice de particulis Graecis disseret binis diebus h. X—XI; privatim 1) antiquitates Romanas illustrabit quaternis diebus h. III—IV; 2) Quintiliani librum decimum interpretabitur. Praeterea exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.
- D. Eduardus Schmidt, P. P. E.,** 1) publice introductionem philosophicam in theologiam dogmaticam bis p. h. h. III;

2) privatim philosophiam historiae quater p. h. h. IV; 3) privatim historiam philosophiae docebit quinquies p. h. h. V.
D. Carolus Hegel, P. P. E., 1) publice artem politicam ex libris Platonis, Aristotelis, Machiavelli, Montesquievii et Rousseauvii exponet bis per hebd.; 2) privatim historiam recentioris aevi usque ad a. 1789 quater h. IV et historiam medii aevi quinquies h. V. enarrabit.

D. Carolus Weinholtz privatim docebit: 1) introductionem in philosophiam ex conspectu suo, ratione etiam habita libelli sui: „die Unzulänglichkeit der Philosophie als Wissenschaft und die Ausbildung zur Philosophie als Kunst vorgestellt“; 2) logicam formalem ex compendii sui parte secunda comparatis praeterea libris suis: „der alte Weg und die Wissens-Mittel“ et „die speculative Methode und die natürliche Entwicklungs-Weise“ praeibit; et 3) doctrinam morum ex systemate suo docebit.

D. Julius Theodorus Zenker gratis 1) librum Geneseos et selecta Pentateuchi capita explicabit dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora III—IV; 2) grammaticam linguae arabicae docebit et selecta Corani capita explicabit dieb. Mercurii et Saturni hor. III—IV; privatim 1) introductionem in libros Veteris Testamenti leget dieb. Lunae, Mercurii et Saturni hora IX—X; 2) grammaticam linguae hebraicae docebit, Boettcheri librum: Collectanea hebraica, (Dresdae 1844) commilitonibus explicaturus.

Bibliotheca patebit quaternis diebus h. XII—I, festo die et solis excepto temporeque ad recensionem librorum necessario, tum quovis Mercurii et Saturni die extra ferias h. XI—I, feriis ipsis tantummodo h. XII—I; **Museum** vero die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Conferatur § 1 legum de usu bibliothecae academicae scriptarum. Gallicam, anglicam aliasque linguas peregrinas discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem equitandi, pingendi, musicam et artem gymnasticam doceant. — Domicilia quaerentibus monstrabit **J. H. Schultze**, Academiae nuntius juratus.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

Hermannus Karsten, Ph. D.

Praesidet ordini Theologorum **G. F. Wiggers**, Ph. et Th. D.

Juris consultorum **A. Wunderlich**, J. U. D.

Medicorum **C. Strempel**, M. D.

Philosophorum **J. Roeper**, Ph. D.

ngl.
/

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI AESTIVO A. MDCCCXLVI

A DIE XX M. APRILIS

PUBLICICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

PRAEMISSA EST

COMMENTATIO DE PLAUTI BACCHIDIBUS.

Fritz/yn, Franz Woldmann

LITERIS ADLERIANIS.

INDEX

LECTIONUM

ACADEMIA ROSTOCKENSIS

RECTORI ACADEMIAE ROSTOCKENSIS

A DIE 22. APRILIS

CONSTITUTIO DE REBUS ROSTOCKENSIBUS

Comoedia attica minime e tenuissimis istis deperditorum poëtarum fragmentis, sed maxime quidem ex Aristophane, divino illo veteris comoediae poëta, tum etiam e Plauto Terentioque, qui novae fabulas latinas fecerunt, cognoscenda est. Quod ego quum jam adolescens intellexerim et ob eam ipsam causam etiam in latina comoedia diligentissime versatus sim centenasque, ut in tam corruptis scriptoribus conjecturas invenerim: profecto mirum videri potest, quod fructus Plautinorum studiorum nondum apparuerunt. Ego vero scripturas codicum, quos F. Ritscheli V. Cl. contulit ipsiusque Plauti editionem Ritscheliam indies frustra expectabam. Nunc quia id quidem videtur longius futurum esse, tandem aliquando ea, quae ad Plauti emendationem pertinent, communicare cum viris doctis incipiam. Primum igitur paene absolvi libellum de canticis Plauti, quorum leges metricas paullo melius, quam adhuc factum est, mihi videor dispexisse. At quum totam illam disputationem hujus praefationis angustiae non capiant, nunc quidem satius duco, ad Bacchides reverti, quam nuper Ritschelio assensus e Menandri Disexapatonti derivatam esse ostendi, atque conjecturas quasdam de variis hujus fabulae locis proponere. Atque editionum quidem veterum ante pedes exstructam habebamus festivam copiam, quarum magna pars Bachmanni, doctissimi viri amicitiae debetur: codicum vero novis collationibus nunc primum uti nullis licuit. Sed neque Ritscheli, qui lectionum emendationumque varietatem accurate collegit, neque vero Hermannus, qui profecto non lusit, sed novam recensionem et fecit et facere voluit, edere Bacchides ausi essent, nisi probe intelligerent, vel ex iis codicum scripturis, quas adhuc novimus, multos corruptissimae fabulae locos restitui posse. Ceterum operam dedimus, ut conjecturae nostrae ubique antiquissimae lectionis vestigia persecutae esse viderentur. Quanquam vel iis in locis, qui haud male corrigi possunt, librorum recens excussorum auctoritatem saepe desideres, in his Ambrosiani, qui Bacchidum quoque partem complectitur. Veluti IV, 6, 14—16 in libris absurde legitur partim *specta rem modo*, partim *spectare modo*. Et hic quidem v. 14 nihil certius esse nostra emendatione, *specta erum modo* quum universus sententiarum nexus, tum inferior locus IV, 7, 37 sqq. docere poterunt. At v. 15 quum in ΘΞΩ ordo verborum hic sit, *carnufex minitare*, quinque edd. veteres verba transponunt, *minitare carnufex*, quam lectionem ex codice fluxisse argumento est v. 16, ubi quum

vulgo legatur, *qualis sit*, quinque edd. veteres eae ipsae, quas modo dixi, exhibent, *qualis sit et ubi sit*, quae scriptura totidem literis tribuitur libro MS. Schobingeri pr. a Pareo p. 38 ed. tert. Jam *ubi sit* prope necessarium est ob Nicobuli verba v. 19 *ubi ipse est?* Ultima versus verba haec fuisse, *qualis siet*, e nostri loci repetitione infra IV, 8, 15 colligendum est. Quamobrem nostros versus ita corrigo,

Ego sūm sacer, scelēstus. Specta erūm modo.

Ego vėrbum faciam? NIC. Minitare etiam, cārnufex?

CHR. Noscēs tu illum actutum, ūbi sit et qualis siet.

Nunc hāsce tabulas —.

Transeō ad alios locos. I, 1, 68 ed. Ritsch. pro *accipis* recte Hermannus scripsit *accepisti*, et ibidem v. 75 pro *intro in lectum* cum G. A. Beckero, *intro lotum*. — I, 2, 2 pro *spectans* corrigo *exspectans* et comparo Terent. Andr. I, 1, 7. Lydum enim rem nondum compertam habere ex eadem scena v. 37 patet. — Ibidem v. 43 *jam* e codd. recte additum est. Eandem voculam v. 42 transpono, *Video jam nimio multo plus, quam volueram*, v. 45 autem plane deleo, *Nil moro, discipulos mi esse plenos sanguinis*, de restitutione verbi *moro* Ritschelio adsentiens. — II, 2, 11; 14; 15. Comoediae sermo solet esse concinnus, praesertim si eadem verba repetuntur. Medium versum bene correxit Bentlejus ad Terent. Heautont. II, 3, 3 deleto *recte*, quod glossema etiam v. 11 tollendum est. Ultimo versu *non et minus* transpono itaque haec corrigo,

Rogābis me, ubi sit. PIST. nēppe vivit ét valet?

CHR. Quia si illa inventast, quām amat, vivit ét valet;

si minus inventast, nōn valet et moribūndus est.

— Ibidem v. 30 *Immo ut eum credis misere amans desiderat*. Acidalii conjecturam *eam* pro *eum* non recte Hermannus probavit. Nam *ut eum credis desiderat* est πῶς δοκεῖς αὐτὸν ποθεῖ, vehementer desiderat. Vide, quae dixi in Quaestt. Lucian. p. 80 sq. Dictionis *misere amo* exempla collegit Bentlejus ad Andriam III, 2, 40. — Ibidem v. 33 bene edd. veteres *hercle* semel, non bis habent: CHR. tanto hercle melior Bacchis. PIST. Immo CHR. immo abiero —. — Ibidem v. 40 *Edepol, Mnesiloche, ut rem natam esse intellego* —. Bene Ern. Schneider *hanc* delet, quod minus usitatum et h. l. e v. 39 ortum est. Cf. formulas *pro re nata*, *e re nata* et Casin. II, 5, 35. — II, 3, 40. Palmaris correctio Hermanni est *accipitrina* pro *accipe trina*. Praeterea non personas muto, sed pro *hem* (*em*) scribo *immo*: CHR. Porro etiam ausculta pugnam, quam voluit dare. | NIC. etiamst quid porro?

CHR. immo accipitrina haec nunc erit. | NIC. deceptus sum — .
 — Ibidem v. 70 *quum extemplo a portu ire nos cum auro vident*. Latine non dicitur *quoniam extemplo* (ἐπεὶ τάχιστα), sed *quum extemplo*, ut in *Mostell.* V, 1, 16 et *Trinumm.* III, 2, 99. Non puto tamen hunc versum esse incorruptum, quem frustra defendas locis II, 1, 2, ubi cave conjicias *Epheson*, II, 2, 19; II, 3, 45 et v. 59; IV, 1, 1; IV, 7, 1. — Ibidem v. 97. Bene, opinor, Ritschellius: sed divesne istic Theotimust? CHR. etiam rogas? Idem mendum habes infra IV, 6, 5. — III, 2, 8 sq. Condigne is quoque technam de auro advorsum meum fecit patrem, | ut mi amanti copia esset. [sed eccum video incedere.] Pro *is quam recte Acidalius is quoque*, h. e. Chrysalus quoque, ut Pistoclerus. Male Bothius *aequom video id reddere* conjecit, nec si Cicero dicit *aequum censeo*, ideo etiam *aequum video* bene latinum est. Recte postea idem Bothius verba *sed — incedere* delevit. Sunt enim recens metricorum additamentum, petatum ex ejusdem scenae v. 19. Sane Plautus dixerat, Chrysalo gratiam esse referendam: sed id ipsum quibus verbis dixerit, plane nescitur. Ergo Muretus, Hermannus, Ritschellius et caeteri omnes praeter unum Bothium errarunt. — III, 3, 1. *Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acri in pectore*. Pro *acre* scripsi *acri*, ut est infra IV, 3, 17. Adjectivum h. l. est *acetum*. — Ibidem v. 67 conjicio:

Atque ea acerrumo aestu vos absorbet ubi quemque attigit.

Meretrix quasi Charybdis est etiam Anaxilae ap. Athen. XIII p. 558, a et c atque Horatio Od. I, 27, 19, ubi corrigo: *Quanta laborabis Charybdi*. — Ibidem v. 81. Recte Hermannus lectionem *duco* alteri *dico* praetulit. Vide simillimum locum supra III, 1, 2. — Ibidem v. 83. Bene Ritschellius,

ut opino, illius inspectandi mi esset major copia. —

III, 4, 1. Scripturam *immitiorem* ferri non posse docebit locus, ad quem Mnesilochus respicit, supra III, 2, 1—7. Recte Hermannus improbata etiam lectione *amiciorem* tertiam recepit *inimiciorem*. — Ibidem v. 4. Scribendum est *meo*, non *suo*. Aliud enim dicere vult, aliud vere dicit amator ridicule minitabundus et hoc versu et vv. 6 atque 10,

Nae illa illud hercle cum malo fecit — meo.

Ni ego illam exemplis plurimis planeque — amo.

Adeo illam cogam usque, ut mendicet — meus pater.

— Ibidem v. 14. Utraque hujus versus recensione usus Hermannus recte edidit, *Sed autem quam illa de meis opulentiis* —. Fallitur de h. l. Ritschellius et in editione et in *Parergis* p. 422. — III, 6, 1. *Reddidi patri omne id aurum*. Addidi *id* et h. l. et infra

IV, 4, 102 — *aurum ut abs te id auferat*. Vide IV, 4, 49 et 104; IV, 7, 6 et 7. — Ibidem v. 17. Sed etiam unum hoc ex ingenio *malo malum* inveniunt suo. Ita omnes, quas quidem viderim, editiones. Typothetae error *malum malo* e Ritscheliana in Hermannianam transiit. Charisii autem testimonium: *in quibusdam non feruntur*, non potest ad unicum versum 16 spectare, ut visum Ritschelio in Parergis p. 418. Immo in quibusdam libris excidisse videntur tres versus 16—18, idque ob homoeareton et homoeoteleuton *sibi — cavent, nulli — habent*. — IV, 2, 2. Corrigo: Quae te mala crux exagitat, qui ad istunc modum —? — Ibidem v. 20. *Quis tu es?* PAR. *illius sum integumentum corporis*. | PIST. *nequam esse oportet, quoi tu integumentum probum es*. Scripsi *probum es* pro *inprobis es*; Lambiniana, *improbum es*. Cujus iudicio, inquit, tu bonum integumentum es, cum ipsum oportet non bonum esse. Plane sic in Trinummo II, 2, 40 aetati tegumentum meae. Integumentum corporis comice dici videtur intimus amicus, non *σωματοφύλαξ*. — IV, 3, 15—28. Hermannus in editione quum illud recte vidit, hos versus minime esse trochaicos, sed iambicos septenarios, tum partim eorum eximie correxit. Attamen v. 17 sq. collata lectionum varietate, ita potius scribo,

PIST. *satis sánus non es*. MN. *périi*. multa núnc mi in pectore ácri mala átque acerba evéniant. criminín' fidem me habuisse.

Fidem me habuisse etiam Bothius atque Hermannus. Tum v. 19 edd. veteres meae *mortuus pluris*, non ut Ritscheliana *pluris mortuus*. Conjicio,

Emórtuus pluris ést preti, quam ego. PIST. *militis parasítus* —. Denique v. 23 *scio* transpositum alteri personae tribuo, quid fáciám? nil habeó miser. PIST. *scio*. MNE. *ille quidem hanc abdúcet*.

— Nondum ne ab Hermanno quidem vel in Elementis d. metr. p. 220 sq. vel in editione persanatum est canticum IV, 4 init., cujus versus 1—3, 8—12, 22—28 ut faciles omitto. Ritscheliu autem, qui septimi versus mensuram optime perspexit, non magis tamen quam Hermannus animadvertit, unumquodque e tribus systematis primis v. 7 v. 17 et v. 21 claudi iambico dimetro acatalecto. Ab initio cur mutarim librorum lectionem *callidum senem callidis dolis* demonstrabit Hermannus ad v. 657 p. 54. Scribo igitur,

Callidis senem incállidum dolis

cómpuli et pérpuli mi ómnia ut créderet. 5

Núnc amanti ero, filio senis,

quicum égo bibo, quicum édo et amo

et mox v. 13 sqq.

Néquiús níl quam egens cónsili sérvus est,

nisi si habet múltipotens, út ubicunque úsus sit, 15
 pectore exprómat: nullús frugi esse hómo potest,
 nisi quí bene facere et mále tenet.
 Ímprobis cum ímprobis hárpaget fúribus,
 quód queat: frúgi enim cónvenit vérsipellem 20
 esse hóminem, pectus quói sapit.

Versu 15 libri partim *múltipotens pectus*, partim *pectus múltipotens*.
 Delevi ineptum glossema *pectus*: consilium enim múltipotens dicitur.
 — Ibidem v. 34 sq.

MNE. Chrysale, occidi. CHR. fortassis tu auri dempsisti parum.

MNE. quam, malum, parum? immo vero nimio minus multo acparum.

Vulgo *quia*; vetus Palatinus a p. m. *qua*; Lipsiensis *qā*. Falsae
 conjecturae sunt *qui* et *quid*. Correxí, quo Palatinus ducit sequutus,
quam, malum, parum? Sic infra est in eadem scena v. 59 *quam*,
 malum facile? Deinceps *ac* jam Hermannus addidit. — Ibidem v. 70.

CHR. Ego dabo. MNE. tum nobis opus est sumptus. CHR. ah
 placide volo —.

Pro *sumptus* in libris est *sumptu*. — Ibidem v. 76 Mnesilocho tribue
 verba: Apud test animus noster, Chrysale. — Ibidem v. 100.
Δ cito (scil. e v. 96 vel 110), immo, ut recte Hermannus, *cita*. Tua
 manus, inquit, Mnesiloche, citius aurum perdit quam scribit. Quare
 deleta etiam Pistocleri persona e codicum vestigiis scribo,

MNE. Mane, dum scribo. CHR. at celerem oportet esse amatoris
 manum;

*tua quidem hercle ad rem perdundum est magis quam ad
 scribendum cita.*

MNE. loquere: hoc scriptum est.

V. 99 male libri omnes, PIST. mane dum scribit. CHR. celerem —.
 Alio tempore conjeci: MNE. mane, dum *scribo id*. CHR. celerem —.
 Nescio, an rectius. — Ibidem v. 114.

Mea fiducia opus conduxí, meo periculo rem gero.

Vulgo *conduxí et* (ed. princeps, *conduxit*), sed quum anaphora
ἀσύνδετον requirat, *et* delevi. — Ibidem v. 122 *fugimus* pro *fu-
 giamus* conjicio,

PIST. fugimus. CHR. vos vostrum curate officium, ego efficiam
 meum.

INDEX LECTIONUM.

In ordine theologico.

- D. Gustavus Fridericus Wiggers, P. P. O.,** Ordinis Theologorum h. t. Decanus, Academiae Senior, privatim 1) historiam dogmatum h. VIII — IX senis dd. tradet; 2) historiae ecclesiasticae alteram partem h. IX — X quinis dd. enarrabit; 3) in Psalmos selectos h. XI — XII quaternis dd. commentabitur. Publice catechetice h. III — IV dd. Mercurii et Saturni praecipiet, et in Seminarii sodalitia catecheticae sodalium exercitationes tempore constituto moderabitur.
- D. Jo. Phil. Bauermeister, P. P. O.,** 1) quaternis dd. hor. X evangelium Joannis interpretabitur; 2) quoque die Mercurii hor. X et die Saturni hor. X — XII epistolas Joannis et apocalypsin explicabit; 3) quaternis dd. hor. XI systemata Catholicorum, Reformationum, Socinianorum aliarumque ecclesiae christianae partium dogmatica exponet et cum Lutheranorum placitis comparabit.
- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O.,** 1) publice ternis dd. h. VII encyclopaediam theologicam exponet; 2) privatim senis dd. h. IX primam historiae ecclesiasticae partem enarrabit; 3) privatim senis dd. h. VIII theologiam moralem docebit. Praeterea in Seminarii sodalitia homileticae sodalium exercitationes die Mercurii h. II et III moderari perget.
- D. Franc. Delitzsch, P. P. O.,** 1) Genesin interpretabitur theologicè, historice, grammaticè, quaternis diebus privatim; 2) epistolam ad Hebraeos quaternis diebus privatim; 3) Zephanjae vaticinia, grammaticè potissimum hebraicae ratione habita, binis diebus publice.
- D. Julius Wiggers, P. E.,** 1) de controversiis dogmaticis nostram ab ecclesia Pontificiorum separantibus disseret dd. Lun. et Jov. h. IV; 2) historiam passionis Jesu Christi secundum Matthaeum, Marcum et Lucam ratione habita Johannis explicabit dd. Mart. et Ven. h. eadem; 3) epistolam ad Hebraeos et epistolas a Paulo ad Ephesios, ad Philippenses et ad Colossenses datas interpretabitur quinquies p. h. h. X; 4) encyclopaediam et methodologiam theologicam praecipiet quater p. h. h. auditoris commoda.

In ordine juridico.

- D. Conradus Theodorus Gründler, P. P. O.,** tradet 1) encyclopaediam juris duce Falck senis diebus h. X; 2) jus ecclesiasticum duce Wiese senis diebus h. III.
- D. Augustus Ludov. Diemer, P. P. O.,** 1) publice binis diebus h. IX enarrabit historiam et formam publicam utriusque Megapoleos recentiore a pacto inde Hamburgensi, d. d. 8. Mart. MDCCI usque ad nostra tempora; 2) privatim quaternis diebus hor. IX docebit jus gentium Europaeorum duce Hefftero, et totidem dieb. hora deinde constituenda jus privatum Megapolitanum ex schedis suis.
- D. Fridericus Raspe, P. P. O.,** docebit principia processus judiciarii civilis duce Linde sexies h. XI et quater h. XII.
- D. Agathon Wunderlich, P. P. O.,** Ord. JCtor. h. t. Decanus, tradet privatim 1) doctrinam de hereditatibus quater h. X; 2) institutiones et historiam juris Romani sexies h. XI.
- D. Henricus Thöl, P. P. O.,** docebit jus germanicum privatum quater h. VII et VIII.
- D. Rudolphus Ihering, P. P. O.,** tradet privatim Pandectas, sexies h. VIII et IX.
-
- D. Theophilus Henricus Fridericus Gaedcke** 1) sexies per hebd. h. III—IV processum judicium civilem docebit; 2) hora commoda scholam civilem eamque practicam quater per hebd. moderabitur. Praeterea de jure pandectarum examinatoria et repetitoria cupientibus suam pollicetur industriam.
- D. Iwan de Gloeden Pandectas** sexies p. h. h. X—XII et jus publicum Megapolitanum quater h. XII—I docebit.
- D. Hermannus Buchka** jus criminale sexies per hebd. hora definienda docebit.

In ordine medico.

- D. Henricus Spitta, P. P. O.,** tradet quinis hebdom. diebus 1) pathologiam et therapiam specialem; 2) medicinam forensem; 3) clinicen propaedeuticam binis hebdom. diebus.
- D. Carolus Strempel, P. P. O.,** h. t. Decanus, docebit 1) chirurgiam quater p. h. h. V; 2) artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam bis p. h. h. III—V; 3) exercitationes practicas in Clinico medico-chirurgico quotidie h. IX—XI moderabitur.
- D. Carolus Fridericus Quittenbaum, P. P. O.,** 1) hora VIII—IX in demonstrationibus anatomicis osteologiam, syndes-

mologiam et myologiam quater per hebdomadem tradet; 2) horis III—V artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam docebit.

- D. Fridericus Hermannus Stannius, P. P. O.,** docebit 1) publice anatomen comparatam animalium evertetorum bis p. h.; 2) privatim historiam evolutionis animalium bis p. h.; 3) privatim physiologiam generalem et specialem sexies p. h.
- D. Christianus Krauel, P. P. E.,** 1) artem obstetriciam quater p. h. hor. IX—X docebit et 2) exercitationes practicas in clinico obstetricio quotidie h. VIII—IX moderabitur.
- D. Jo. Frid. Guil. Lesenberg** has lectiones offert: 1) artem obstetriciam; 2) chirurgiam; 3) encyclopaediam et methodologiam artis medicae; 4) repetitoria et examinatoria.
- D. Carolus Hanmann** gratis 1) semiologiam, 2) formulare; privatim 1) praxin medicam, 2) chirurgiam, 3) ophthalmiatricam docebit; privatissime repetitorium medico-chirurgicum offert, neque iis deerit, qui operationibus ophthalmiatricis operam navare voluerint.
- D. Joannes Schroeder** tradet: 1) pathologiam et therapiam generalem; 2) medicinam forensem; 3) pathologiam et therapiam morborum psychicorum. Examinatoria et repetitoria de quavis artis medicae parte cupientibus offert.
- D. Ludovicus Dragendorff** docebit 1) artem obstetriciam; 2) in operationibus obstetriciis auditores erudiet; 3) examinatoria et repetitoria cupientibus offert.

In ordine philosophico.

- D. Franciscus Volmarus Fritzsche, P. P. O.,** publice 1) quaternis diebus h. XI Euripidis Heraclidas interpretabitur; 2) binis diebus h. XI Andriam Terenti explicabit. Denique exercitationes seminarii philologici moderari perget, in quo primum Aeschyli Agamemnon atque selecta Horati carmina tractabuntur, tum vero etiam de metris Graecorum lyricis disseretur.
- D. Joannes Roeper, P. P. O., Ord. Philos. h. t. Decanus,** 1) publice docebit elementa anatomes et physiologiae plantarum die Saturni h. X—XII; 2) privatim botanice generalem exponet demonstrationibus et exercitationibus illustrandam quinque diebus h. VII; 3) de plantis cryptogamicis disseret diebus Martis et Veneris h. XII; 4) itinera botanica instituet die Saturni horis pomeridianis.
- D. Eduardus Danielis Henricus Becker, P. P. O.,** docebit 1) publice culturam sylvarum bis p. h. h. XII; 2) privatim cul-

- turam plantarum agrestium quat. dieb. h. IX; 3) agros metiendi doctrinam adjunctis exercitationibus practicis sexies p. h. tradet h. III.
- D. Ludovicus Bachmann, P. P. O.,** 1) privatim quater per hebdom. Propertii carmina explicabit; 2) privatim quater per hebdom. Homeri Iliadem adhibitis antiquis interpretibus graecis a se editis tractabit; 3) privatissime quater per hebdom. diebus constituendis de mythologia Graecorum disseret.
- D. Helmuth de Blücher, P. P. O.,** privatim docebit 1) physicen experimentalem una cum collega amicissimo Karsten quater p. h. h. X—XII; 2) chemiam practicam ternis diebus h. II—IV; 3) disputationes de rebus physicis una cum collegis Karsten et Roeper moderabitur.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O., h. t. Rector,** publice tradet trigonometriam bis p. h.; privatim 1) calculum differentialem et integram quater p. h. horis commodis; 2) physicen experimentalem octies p. h. hora X—XII una cum collega amicissimo de Blücher; 3) geognosin quater p. h. hora commoda. Privatissima denique collegia de quavis matheseos vel physices parte cupientibus offert, neque deerit iis, qui de rebus nauticis institui velint.
- D. Carolus Türk, P. P. O.,** publice 1) conversatorium historicum continuabit bis p. h. h. II; 2) Taciti Germaniam commentabitur bis p. h. h. II; privatim docebit 3) encyclopaediam literarum politicarum ter p. h. h. VII; 4) historiam populi Germanici quinquies p. h. h. VIII.
- D. Christianus Wilbrandt, P. P. O.,** privatim 1) de Graecorum arte dramatica disseret quinis diebus h. III; 2) aestheticam sive philosophiam artis docebit quinis diebus h. IV; 3) exercitationes Seminarii philosophico - aethetici moderari perget horis constituendis.
- D. Fridericus Francke, P. P. E.,** 1) publice anthropologiam psychicam quinis p. h. diebus exponet hora mat. VII—VIII; 2) privatim religionis philosophiam quinis p. h. dd. h. VIII—IX illustrabit; 3) privatim de politica disseret quaternis p. h. dd. h. IX—X.
- D. Georgius Nicolaus Busch, P. P. E.,** publice de particulis Graecis disseret binis diebus h. X—XI; privatim 1) antiquitates Romanas illustrabit quaternis diebus h. III—IV; 2) Quinctiliani librum decimum interpretabitur. Praeterea exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.
- D. Eduardus Schmidt, P. P. E.,** 1) publice introductionem philosophicam in theologiam dogmaticam bis p. h. h. III;

2) privatim philosophiam historiae quater p. h. h. IV; 3) privatim historiam philosophiae docebit quinquies p. h. h. V.

D. **Carolus Hegel**, P. P. E., 1) publice artem politicam ex libris Platonis, Aristotelis, Machiavelli, Montesquievii et Rousseauvii exponet bis per hebdomadam; 2) privatim historiam recentioris aevi usque ad a. 1789 quater h. IV et historiam medii aevi quinquies h. V. enarrabit.

D. **Carolus Weinholdt** privatim docebit: 1) introductionem in philosophiam ex conspectu suo, ratione etiam habita libelli sui: „die Unzulänglichkeit der Philosophie als Wissenschaft und die Ausbildung zur Philosophie als Kunst vorgestellt“; 2) logicam formalem ex compendii sui parte secunda comparatis praeterea libris suis: „der alte Weg und die Wissens-Mittel“ et „die speculative Methode und die natürliche Entwicklungs-Weise“ praeibit; et 3) doctrinam morum ex systemate suo docebit.

D. **Julius Theodorus Zenker** gratis 1) librum Geneseos et selecta Pentateuchi capita explicabit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora III—IV; 2) grammaticam linguae arabicae docebit et selecta Corani capita explicabit diebus Mercurii et Saturni hora III—IV; privatim 1) introductionem in libros Veteris Testamenti leget diebus Lunae, Mercurii et Saturni hora IX—X; 2) grammaticam linguae hebraicae docebit, Boettcheri librum: Collectanea hebraica, (Dresdae 1844) commilitonibus explicaturus.

Bibliotheca patebit quaternis diebus h. XII—I, festo die et solis excepto temporeque ad recensionem librorum necessario, tum quovis Mercurii et Saturni die extra ferias h. XI—I, feriis ipsis tantummodo h. XII—I; **Museum** vero die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Conferatur § 1 legum de usu bibliothecae academicae scriptarum. Gallicam, anglicam aliasque linguas peregrinas discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem equitandi, pingendi, musicam et artem gymnasticam doceant. — Domicilia quaerentibus monstrabit **J. H. Schultze**, Academiae nuntius juratus.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

Hermannus Karsten, Ph. D.

Praesidet ordini Theologorum **G. F. Wiggers**, Ph. et Th. D.

Juris consultorum **A. Wunderlich**, J. U. D.

Medicorum **C. Strempel**, M. D.

Philosophorum **J. Roeper**, Ph. D.